Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ab aliquo transeunte dormierit: proxime
sue exprobrat quod ea non sit digna
habita sicut ipsa: neque funis eius
disruptus sit. Omnia autem que
illis fiunt falsa sunt. Quomodo ergo
estimandum aut dicendum est illos
deos? A fabris autem et ab aurifici
bus facta sunt. nichil aliud erunt nisi
id quod volunt esse sacerdotes et auri
fices. Ipsi etiam qui ea faciunt, non
sunt multi temporis. Numquid ergo pos
sunt que ab ipsis fabricata sunt esse
dii? Reliquerunt autem falsa et oppro
brium postea futuris. Nam cum super
venerit illis prelium et mala: cogi
tant sacerdotes ubi se abscondant
cum illis. Quomodo ergo sentiri debeat
quoniam dii sunt: qui nec de bello se li
berant. nec de malis se eripiunt?
Nam cum sint lignea et inaurata.
et inargentata. scietur postea quia
falsa sunt a gentibus universis et re
gibus que manifesta sunt. quia
non sunt dii: sed opera manuum ho
minum: et nullum opus dei in illis
est. Unde ergo notum est. quia non
sunt dii. sed opera manuum hominum.
et nullum opus dei in ipsis est. Re
gem regioni non suscitant: neque
pluviam hominibus dabunt: iu
dicium quoque non discernent. neque
regionem liberabunt ab iniuria:
quia nichil possunt sicut corni
cule inter medium celi et terre. Etenim
cum inciderit ignis in domum deorum
ligneorum. aureorum. et argenteorum. sacer
dotes quidem ipsorum fugient. et libe
rabuntur: ipsi vero sicut trabes in me
dio comburentur. Regi autem et bello
non resistent. Quomodo ergo estiman
dum est aut dicendum quia dii sunt?
Non a furibus neque a latronibus se
liberabunt dii lignei et lapidei et in
aurati et inargentati: quibus hii qui
fortiores sunt aurum et argentum.
et vestimentum quo operti sunt auf
erent illis et abibunt: nec sibi auxi
lium ferunt. Itaque melius est esse
regem ostentantem virtutem suam.
aut vas in domo utile. in quo gloria
bitur qui possidet illud: quam falsi
dii. Melior est canis in domo qui
custodit que in ipsa sunt: quam falsi
dii. Sol quidem et luna et sidera cum
sint splendida et emissa ad utilita
tes obaudiunt. Similiter et fulgur
cum apparuerit perspicuum est. Similiter
autem et spiritus in omni regione spirat. et
nubes. quibus cum imperatum fuerit
a deo perambulare universum orbem:
perficiunt quod imperatum est eis. Ig
nis etiam missus desuper ut consu
mat montes omnes et silvas. fa
cit quod preceptum est ei. Hec autem
neque speciebus. neque virtutibus uni
eorum similia sunt. Unde neque esti
mandum est. neque dicendum esse
illos deos: quoniam non possunt neque
iudicium iudicare. neque iusticiam
facere hominibus. Scientes itaque quia
non sunt dii: ne timueritis eos. Ne
que enim regibus maledicent. neque bene
dicent. Signa etiam in celo gentibus non
ostendent: neque ut sol lucebunt. ne
que illuminabunt ut luna. Bestie
meliores sunt illis. que possunt
fugere subtectum ac prodesse sibi. Nullo
itaque modo nobis est manifestum.
quia sunt dii: propter quod ne timea
tis eos. Nam sicut in cucumerario
formido nichil custodit: ita sunt dii
illorum lignei et argentei et inaurati.
Eodem modo et in horto spina alba.
super quam omnis avis sedet. Simili